



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1563 usque ad annum 1566

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118626

§. 35. Caput XXI. Quædam Sessionis decimæ septimæ verba melius explicata.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67192](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67192)

Sæcul. XVI.
A. C. 1563.

„prout supra, teneantur, non obstantibus, quoad omnia supra scripta, privilegiis, indultis, concordis, quæ suos tantum teneant auctores, & aliis quibuscunque consuetudinibus.

Hujus decreti clausula, qua causæ, quarum judicium ad Ordinarios pertinet, excipiuntur a causis, quas Papa vel committere, vel ad se devolvere poterit, præcipua fuit ratio, ob quam hoc Concilium quoad disciplinam in Galliis non fuerat receptum, cum Ecclesiæ Gallicanæ libertatibus repugnet, quod Pontifici permittatur, ut causas Ecclesiasticas coram Ordinariis inceptas ad se avocet: insuper in Francia non habetur ratio illorum duorum annorum, quorum decretum mentionem facit, adeo, ut toto litis tempore, quantumcunque duret, ad nullum alium judicem superiorem, Metropolitanum, aut Primatem recurrere liceat.

§. XXXV.

CAPUT XXI.

Quædam Sessionis decimæ septimæ verba melius explicata.

„Cupiens sancta Synodus, ut ex decretis ab ea editis nulla unquam futuris temporibus dubitandi occasio oriatur, verba illa posita in decreto publicato Sessione prima sub beatissimo
Hist. Eccles. Tom. XLVII. E. Domi-

Sæc. XVI.
A.C. 1563.

„Domino nostro Pio quarto videlicet
„quæ proponentibus Legatis, ac Præ-
„sidentibus, ad horum temporum le-
„vandas calamitates, sedandas de Re-
„ligione controversias, coercendas lin-
„guas dolosas, depravatorum morum
„abusus corrigendos, Ecclesiæ veram,
„& Christianam pacem conciliandam
„apta, & idonea ipsi Sanctæ Synodo
„videbuntur, explicando declarat, men-
„tis suæ non fuisse, ut ex prædictis
„verbis solita ratio tractandi negotia in
„Generalibus Conciliis ulla ex parte im-
„mutaretur, neque novi quidquam,
„præter id, quod a sacris Canonibus,
„vel Generalium Synodorum forma ha-
„ctenus statutum est, cuiquam addere-
„tur, vel detraheretur.

§. XXXVI.

*Quorundam Præsulum animadversio-
nes in hæc decreta.*

*Fallav. 1.23.
c. 12. n. 8.*

Perlectis omnibus hisce decretis Lotha-
ringius Cardinalis Reformationis ar-
ticulos minus sibi probari ostendebat,
his enim, aut saltem eorum pluribus
privilegia Franciæ Regis, regni que sui
jura labefactari credidit, quapropter
suo, omniumque Franciæ Episcoporum
nomine hæc edicebat: „oppositionem
„biduo abhinc in Congregatione fa-
„ctam innovo, contestans, quod non re-
cipiam